

RECTOR

ACADEMIE GIESSENÆ

WOLFGANGUS CRATO, BURGGRAVIUS DE Kirchburg/ Dominus in Farnroda, &c.

OMNIBUS CIVIBUS ACADEMICIS S. P. Pr.



Vod à Deo universi in unum accepimus, ut pro se quisq; sedulo & diligenter nitatur, quò spartam sibi commissam industriè exornet: id singulis in ea, cui quisq; destinatur, provinciâ, serò incumbere aequum est. Sapius equidem ad aliena agenda delabimur: aut fluctus numeramus: aut torpendo dierum spatia, ad agendum concessa transigimus. Alium in supervacuis inepta detinet sedulitas, & nunquam resistentis animi volutatio hinc inde per vana rerum exagitat: alium vini aut cervisie mador defixum tenet & potandis infana dulcedo: alium inertia occupavit, aut ex alienis iudiciis suspensa semper & praeceps ambitio: alium alia, sed perperam: nobis reddendi sumus, temporiq; justè vivere, in totâ vita est addiscendum, praesertim iis, qui studiis se animumq; suum consecraverunt. Hoc probè perpendentes omnium Facultatum Domini Professores, operarum suarum hyemalium Catalogum vobis rursus suspendunt: Vestrum erit occasiorem arripere, temporiq; uti, quod revocari non potest. Deum optimi. Maxi. precamur, ut labores illos universos, recta & actione omnes prosperare & fortunare velit. P. P. sub Sigill. Acad. Maj. Dom. X III. P. T. Ann. M. DC. LII.

IN FACULTATE THEOLOGICA.

Justus Fowdermannus, SS. Theol. D. & Professor, i. Absolutis septendecim prioribus Actorum Apostolicorum capitibus, perget in publicis Lectionibus sequentia capita explicare. 1. Restantes disputationes in Syntagma Theologico, in quo sedecim disputationes hâc præteritâ estate absolvit, in privato Collegio disputatorio superadder. Collegium Biblicum N. T. inchoando ab Evangelio S. Matthei, privatim aperiet. 4. Aliquot disputationes publicas Instituet.

Petrus Haberkornius, S. Th. D. & Professor Ordinarius, ad finem p̄t. Dei gratiam & utilitatem hâc estate petuâ tam lectionibus & Disputationibus publicis, quam Collegiis privatim. 1. Disputatorio contra Becani Manuale, Hebraico & conclamatione, imposticium publicè reliquos Locos communès Theologiae explicare perget. Disputationes tam ex V. T. contra Judæos, quòd Messias jam dudum venisset, quàm contra Papatum publicas habebit. Collegium privatim aperiet Anti Calvinisticum, ut & alia pro lubitu Auditorum.

M. Johann. Nicolaus Meisterus, S. Th. & Heb. Lingua Prof. Ordin. & Steudariorum Ephorus, Deo bene juvante in lectionibus publicis illustrandum suscipiet concilium 1. Occumencicum, cum ventilatione Quaestionum Historico-Theologicarum semper necessariorum, quas pro re nata suggeret materia: Privatim aperiet Collegium Disputatorium contra Pontificios, vel si malent Dn. Studiosi, contra Adversarios alios: simul habebit Hebraicum, in quo fundamenta S. Linguae ad Tabellas clarè & perspicuè tradentur.

David Christiani SS. Theol. D. & Prof. Extraord. publicè variorum scripturarum, live Locos Communès Theologicos, & in quibus quidem Locam de Scriptura, inchoabit. Privatim Collegia Disputationis & Lectoria aperiet in primis Aucthorum Patristicorum & Calvinianorum hoc semestri bienniali succedè pertractabit.

IN FACULTATE JURIDICA.

Justus Sinold dicitur Schill, D. Cancellarius & Professor Primarius in prælectione præcipuarum Impetit constitutionum perget.

Gregorius Thüsterus, U. J. D. Consiliarius & Pandectarum Professor ordinarius, p. Decanus, in explicandis Legibus insignioribus, materiam Jurisdictionis, quam hæcenus tractavit, concorrentibus cum Deo perget, ea nonnunquam, quæ de jure nostro hodierno obtinent, addituras.

Jacobus LeBlou, U. J. D. & Academiae Syndicus, in Juridicâ Lectionibus publicis, materiam de testamentis Deo propitio ad finem perducet. In collegiis Juris studii sua privata desiderio, Dominorum studiosorum accomodabit.

Martinus Müllerus, U. J. D. & Prof. Extraordinarius, certas in Materia Obligationum & Actionum publicè proponet Conclusiones, illasq; explicabit. In gratiam etiam Studiorum Juventutis brevem & methodicam introductionem ad Lectionem Institutionum in lucem edet, & privatim in Collegio exponet & disputabit; Collegia sua privata Pandectarum continuaturus, & in quantum valet, alia ad petium Dominorum Studiosorum lubens & fideliter in se suscipietur.

Johann. Helwigus Sinsid cogn. Schütz, Jurium Doctor & Professor Extraordinarius Collegium Pandectarum continuabit & absolvit. Feudale quoq; explicatorium & disputatorium, quod nuper promiserat, at jussu Superiorum alibi dissentus habere nequivit, ut & Collegium Institutionum Explicatorium, habebit absolvetq; hoc semestri. Publicè proponet materiam Successionis ab intestato secundum jus novissimum.

IN FACULTATE MEDICA.

Johann. Daniel Morfius, Medicina D. & Professor & Archiater ubi per negotia aulica licent, Collegium Instituet, in quo Chemicam, quæ potest brevitate pertractabile, exponetq; modum Salla, Spitham Olea & Magisteria selectissima parand.

Johannes Tackius Phil. & Medicinae D. Physicæ & Medicinæ Professor Ordinarius Medicus Hassio-Darmstadius seriem morborum prædicet in lectionibus pertractare perget, privatim verò ad studiosorum Medicinæ placium sese accomodabit. In Physicis doctrinam de mundo, quæ ob alia negotia ad finem perducere non potuit, expedit, collegiisq; privata prout necessitas postulat, aperiet.

IN FACULTATE PHILOSOPHICA.

M. Caspar Ecklinus, Philosophia prima & organica Professor ordinarius & Pädagogicus, p. Acad. Pro-R. quantum publicè officii negotia permittent, de Logica, ex compendio suo, vera & solida fundamenta aliquantò fusiùs explicabit: In Metaphysicis pariter ea ex aphoristicis Metaphysicis eruet, additis simul necessariis regulis, earumq; in superioribus disciplinis, præsertim Theologia, uti & abusa. Collegia Metaphysica & Logica, publica & privata,

addet, pro Philosophiæ studiosorum captu & placito, live lectionis, live explicatoris, sive disputatoris.

M. Johann. Conradus Dietericus, Græca Lingua & Historiarum P. Perget in Breviario suo historico, & in Græcia nobilitata N. Test. loca exponit.

Jacobus LeBlou J. U. D. & Civilis Prudentiæ Professor Ord. In explicandis generalibus præceptis perget & materiam de variis Rerum publicæ formis, publicis lectionibus illustrabit, collegiisq; privata, tum explicatoria, tum disputatoria, pro lubitu Dominorum studiosorum, aperiet.

David Christiani SS. Th. D. & Mathematicæ Prof. Ord. publicè hoc Semestri bienniali Astronomiam explicabit, præterq; & usum Globi Proportionalis seu Sphærae Mathematicæ ostendet lucidissimè. Privatim Collegia Arithmetica, Geometrica, Astronomica, Astrologica & Optica, ad votum & caput Studiosorum Instituet.

Martinus Müllerus, J. U. D. & Philosophiæ Moralis Professor Ordinarius, publicè in lectionibus illam methodicè per certa tradet præcepta & privatim quaestiones in Collegio disputabile singularia.

Joh. Helw. Sinsid cogn. Schütz D. & Oratoriæ Professor Ord. Collegium Oratoriarum aperiet & prælectiones publicas in Rhetor. Ann. continuabit.

M. Joh. Stelbilerus, Histor. Sacrae & Ecclesiæ, P. P. Extraordinarius, publicè hæcenus egit de Historia Sacra & Ecclesiæ, auctoritate, de quibus sicuti istæ innituntur. Ad hæc descendit ad auctoritatem Sacrae Scripturae, traditionum, Canonum, Constitutionum, Liturgiarum, & aliorum scripturarum Apostolicarum suppositiorum. Itemque de auctoritate Conciliorum, decretorum Pontificum, Patrum &c. firmiter ostendens, ipsius Sacrae Scripturae divinam esse & infallibilem, horum verò verè humanam esse & fallibilem auctoritatem. In harum materiarum consideratione fideliter perget, & progressum Instituet ad aliorum historicorum Ecclesiæ, auctoritatem emendandam, quibus absolutis, ad ordinariam materiam de Christo revertetur. Privatim continuavit ceptum Collegium de Scripturis sacris & Ecclesiæ, illisq; pertractatis, pervenit ad Seculum II. quod, volente Deo, hoc bienniali tempore absolvit, & ad placitum Dn. Studiosorum, alia Collegia aperiet, simul ac suum Collegium Disputationum, modò sibi non desint Respondentes, continuabit.

